



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Honorati Fabri, Societatis Jesu Theologi,
Apologeticus Doctrinæ Moralis Eiusdem Societatis**

Fabri, Honoré

Coloniæ Agrippinæ, MDCLXXII

Epistola Honorati Fabri ad Vincentium Baronem Lugduno scripta.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94565](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94565)

potestatis Ecclesiastica plenitudinem divinitus concessam; omitto alios, ne bis eadem; quam bellè Calvinizans, mihi homo. Exussi etiam notam unicam, quam habes in VII. Epist. & tres, quas scripsisti in Epist. VII. tres item in IX. item primam & secundam, quas in X. scripsisti; tertiam antiquam in quartam novam transulisti, quam etiam discussi; addisti tertiam in nova editione quæ continet longiorem tractationem Pastorum Gandavensium, de insufficientia attritionis; pro qua, est, quod te remittam, saltas enim extra chorum, ad varios tractatus editos à Patribus LeDent & Estrix à Societate Jesu;

in quibus illa controversia doctissime discutitur, addo mihi satis est, dixisse, decreto S. Inquisitionis, sententiam probabiliorē, & magis commūnem declaratam fuisse, ac proinde tutam in præceptis Repuli etiam tres notas, in XI. item tres, in XII. item unicam, in XIII. item differtationem de homicidio tribus sectionibus partitam in XIV. item tres notas in XV. & tres in XVI. nihil habes in XVII. De logum etiam tuum in XVIII. refutavi; item apponeres novæ additas editioni ac proinde nihil ultra confutandum restat.

EPISTOLA I. HONORATI FABRI AD VINCENTIVM BARONEM LUGDUNO SCRIPTA.

R. P. Vincentio Baroni Honoratus Fabri P. S.

Vix pauca illa folia, quæ ad te, ac de te Scriperam in Apologetico, recenti prelo subdacta fuerant, Vincenti Baro, cum ecce Theologiæ tuæ moralis altera editio, casu nescio quo, in meas manus venit; unde facile vides, quàm rerum tuarum incuriosus sim, cui scilicet hæc tua, ante unum & alterum annum in publicam lucem edita, in comperta huc usque fuerunt. Ubi autem in primam frontem, tum prioris, tum posterioris partis, oculos conieci, & legi, hanc editionem esse ad mentem Alexandri VII. & S. Congregationis, quæ, ut ais, Pontificis jussu, primam editionem recognoverat; mihi statim ac tibi gratulatus sum, ratus haud dubiè, exotam dissensionum materiem, & uberem disceptationum, tempestatumque, quas libri tui, excitarent, segetem inde omnino præcidi; meque statim accinxi, ad inserendum prologo aliquid temperamenti, quo tam ingenua poenitentia commendaretur. Sed vix aliquot lustraram paginas, cum spe, & opinione mea dejectus, nihil fere mutatum in hac editione comperi, nisi, pro more, in pejus, errores, &que multiplices & crassissimi à me adnotati in altera editione, in hac non fuerunt emendati, sed aucti; calumniæ accumulata; convitia inde acriora, unde, per artificiosam injuriam, ad speciem, delinita; diſſidia & scommata, Bellarmino, Suarez, aliisque liberali manu ante aspersa, quasi emendaturus, malis artibus ita renovasti, ut legentium animis altius inculcares; Uno verbo, idem Baro, cuique semper ubique similis à me inventus es: Quare cogitatum consilium illic reieci, & nihil præfationi addendum, vel inserendum esse putavi; & fateor ultro, ac denuncio palam, illa omnia, quæ à me in Dialogis de te scripta sunt, & typis mandata, probe in te quadrare, & hoc loco à me pro ratis & fixis haberi.

II. Est tamen, quod super his, aliquid insinuem, quod si non tibi, quem aliquando ad meliorem frugem redire vehementer opto, quamquam vix spero, redieturum, aliis saltem utile futurum mihi persuadeo; Primum est quod dicis; illa omnia, quæ in

duobus hisce tomulis alterius editionis continetur, esse ad mentem summi Pontificis, & S. Congregationis; errores igitur, etiam in fide, & more, quæ advotavi atque confixi, sunt ad mentem S. Congregationis; Calumniæ igitur, imposturae, omnesque maledicentia, in numero falsitates, quibus libris scaturiunt, aliaque id genus, sunt ad mentem S. Congregationis & Romani Pontificis; convitia, calumnias, errores multiplices; centies in censuras Apostolicas incurris, transgressus scilicet decreta Pontificis, fingis attingis, inponis; & hæc, inquis, ad mentem S. Congregationis. Horret profecto animus, Vincenti, quis unquam inter Catholicos talia; immo qui sceleratè Urbaniores Heterodoxos; tibi satis non sunt, errores, falsitates, calumnias, convitia; neque huiusmodi plena manu spargere, seu profundere in eam lucem, nisi hæc eadem Domno Apostolico, tenet, immo sacrilegè imputares; sed, ais, certior ab amico Roma factus sum, nihil aliud à Romanis censoribus, qui utramque partem, S. Congregationis jussu, recognoverunt, præter pauca paulo acerbius scripta, & à mitissimo Angelici præceptoris stylo tantummodi ena, repertum, fuisse; quo ad cætera nihil aliud habet & elogias; bi autem præ cæteris Augustinum de Angelis appellasti; facile dixisses, quoniam ille erat, à mihi conjectandum proposuisses; sed res apertè minino cecidit; eodem calamo te simul & illum refutavi; quamquam hic, non jam, ut tu, theatronica tantum non furentis ad inlitar; sed longemius remissius.

III. Sed ad tem venio: do ultro, censores illi, qui tuum librum recognoverunt, plus æquo libi favisse; non tamen omnes, ut tute scis; nec enim Marcus ille Romanus hoc tibi dissimulavit; non sunt autem omnes Theologi, ut dicis, quamquam uno vel altero dem pro, reliquis; do, inquam, ultro, censores illi te animo propensius fuisse; causam recte; quæ neminem latet; ille verò, qui non tam aperte tibi faverat, & pauca, præ multis, notata censura digna, non leve negotium si facillime nisi sunt, qui tunc indemnitati tanta impensè studebant: deinde hæc; quid tum? an tot-

et S. Congregatio ullo decreto statuit, reliqua
omnis in tuis libris contenta à se probari: profer
quodbo de decem illud; appella diem & consulem:
abstine, & faxit Deus, ne unquam talia; teneo Vin
centi, & probescio totius rei exordium, progressum
& finem; dicis, librum à nostris (nostros enim in
collegis) fuisse delatum, & tota sparsum Europa, vel
confixam, vel mox confingendum esse: erras,
Vincenti, erras, nequid dissimulem, ego, prae ceteris, ne
liber decreto confingeretur, cum solita scilicet for
mali, ut latior & tutior inde pateret campus ani
mationi, quam nunquam non necessariam esse
putavi: sed de his fuisse ac verè in decade. Facesse
igitur, Vincenti Baro; & videant, pro summa illa,
qua plurimum valent, prudentia Eminentissimi
Principes S. Congregationis, utrum illatam sibi à te
injuriam pluiquam sacrilegam, cum eos errorum
errorum socios esse velis, ferre ac dissimulare de
beant; quod certe iis, quàm possum maxima de
missione animi, à me propositum fuisse, æqui boni
que uti spero, consulunt.

II. Secundum spectat ad vivæ vocis oraculum
Alexandri VII. felicitis memorie, quem dixisse, scri
bit, eundem Eminentissimo, cuius nomini parcis, li
beratos docere tuta, sana, solida, cum aliquo et
cultu, eosque fructu & laude minimè carere,
hæc ipsissima sunt Alexandri verba (illum enim lo
quentem inducis) quæ habes in proloquio pag. 8. ea
quæ ad majorem distinctionem, charactere Italico,
potiore, excusa. Appellare debueras Eminentissi
mum illum; sed prudentissimè nomen reticisti, ne
falsitas & impostura convinci posses, & hæc S.
Pontifici per inauditam, dicerem impiam, calum
niam, nisi acerbis loqui vereretur, quæ tamen vox in
rem probè quadrat. Nunquam certe hoc dixit, aut
dicere potuit Alexander; nec tibi etiam jurato fides
habenda est; hoc tibi adeo solenne est, Vincenti, ad
fuisse falsa, in notoriis (à proprio verbo, tui gratia,
molesta abstinere me cogit) ut etiam adstruendi
res, fides neganda sit. Declaravit igitur Alexander,
hæc vivæ vocis oraculo, illa omnia, quæ in utraque
parte leguntur, tuta, sana & solida esse; errores igitur,
utque palmares & multiplices tui, sani, solidi
conferunt; errare igitur, tutum est & sanum; an
quod hæc in Catholicum aut sanum caput; calum
niæ igitur, contumeliæ, satyræ decumanæ, aliæque
ut genus tuta sunt, sana & solida? quis ad hæc Ca
tholicus non horreat? tibi satis esse debuerat, hæc
promittit iterumque accertio edidisse; nimium falsa,
iniqua, contumeliosa, erronea, Angelici præceptoris
disputulo indigna, præter nugæ, gerras, aniles fa
bulas omnis generis, in grandem acervum accumu
lavit: sed hæc Christo Domino assignare, iisque inde
auctoritatem & summam commendationem accerfe
re; verbo dicam, absit invidia, grandis certe sacri
legis est, haud alia luce digna, quàm piacularis
damne, satis fuisset, os illud sanctissimum asperso
spino fructare, quàm verbis illis, quibus error &
omne genus falsitatis & maledicentiae approbatur,
commendatur, laudatur, os, inquam, illud sanctissi
mum, quod nihil nisi oracula promittit, os illud Pe
tri, quod Joannes Chrysostomus os Ecclesiæ, per
quod Christus suis fidelibus loquitur, appellavit,
sanctissimè conspurcare. De styli cultu nihil dicam,
quid de illo periti sentiant, abundè dixi: quod de
mum ad fructum attinet; arbor mala, ut cum Chri
sto loquar, bonos fructus non facit, non nihil fortè

florum affectatæ dictionis ex illo veprete, seu rosa
rum ex illo spineto pullulat; sed cave lector, in sinu
rosæ fœda cantharis latitat, Ut ut sit, Hypocritas
imitari voluisti; neque hoc, crede mihi, patum aptè
in te cadit, qui religionis obtentu, sua flagitia te
gunt, nec non sacro religionis amictu profana con
silia; tu vero S. Congregationis voto, & oraculo
Apostolico, errores tuos, fœditates tuas, honestare,
consecrare, dicam melius barbare, canonizare vo
luisti.

V. Tertium addis ejusdem farinae, te scilicet, non
jam pœnam, aut censuram à sede Apostolica retulisse,
sed egregia præmia, pro re bene gesta, & tot ac
tantis exantlati laboribus, in morali Theologia ca
stiganda & restauranda; nam diplomate Pontifi
cio, inquis, in domum Cæsaris, id est, in numerum
& sortem ministrorum sedis Apostolicæ, cooptatus
es, quidnam potro illud? generalis quæsitur fidei, ut
vocant, in Gallia renuntiatus. Gratulor Reverendissi
me, permittite tamen, ut sustineam, dum ab aliis hoc
rescire possim; eo loco fidem tuam habeo, ut ne mi
nimam quidem illi fidem in ulla re habere possim:
sed demus hoc; quid ad nos? diploma non vidi, &
si viderem, non dubitarem profectò subreptitium, ut
ajunt, illud reputare: præclatum certe custodem
omnium Christi; quamquam, ut dicis ibidem, est
merum nomen, & titulus sine re; hæc ultra non urgeo
ne si altiùs prægam, aliquid fortè puris exprima
tur.

VI. Quarto loco nostris auctoribus imponis,
quod D. Thomam & universum Prædicatorum Or
dinem (signillare & lacerare non cessant; lepidus por
ro, & simia Hispalensi haud absimilis, quæ cum ad
pœnam sceleris admissi, à populo faxis impeteretur,
semestrem pupulum è gremio Matris, dolo, aut per
vim, abreptum, lapidæ grandini opposuit, eoque,
debili quidem, tutissimo tamen Innocentii clypeo
se texit, ne meritis pœnas daret; ita proflus, dum
nostrum aliquis, vel Canum, à quo societas nostra
tam dira passa est; vel Bannez, cujus instinctu, con
silio, & ductu, doctrina molinæ ut suspecta & hære
tica ad sedem Apostolicam delata est, vel Xantes
Mariales, qui virulentam convitiis colluviem
adversus auctores nostros, eosque celeberrimos e
vomuit; vel te ipsum, Vincenti Baro, qui furenti &
plurquam ferreo stylo eosdem auctores nostros pri
mæ classis, Bellarminum, Toletum, Lugo, Suarez,
Vasquez, Molinam, atque adeo. Sanctissimum Pa
triarcham nostrum Ignatium, ejusque constitutio
nes & exercitia, Vincentium Caraffam, qualem vi
rum, Deus immortalis, tanta vitæ castimonia, ut cœ
lestem in terris vitam duxerit toties lacerasti; dum
nostrum aliquis, inquam justæ ac necessariae defen
sionis jure, cum moderamine, ut ajunt inculpatæ
tutelæ, perperam à vobis dicta, ficta & afficta refel
lit; reponis illico, itane S. Thomam & universum
Dominicanorum Ordinem? Halluciaris, mi homo,
volens ac lubens; S. veltrum ordinem, Doctorem
Angelicum, Albertum Magnum, Raimondum,
Hugonem Cardinalem, Paludanum, Hervæum,
Capreolum, Ferrariensem, Durandum, Cathari
num, Cajetanum, Sotum, Sylvestrum & Victorium,
aliosque bene multos meritis præconis & elogis, in
libris, in scholis nostris, in pulpitis, Academiis & cir
culis, impensè prosequi non cessamus; Ceteram
librum de locis, & doctrinam viri, nitorem styli,
aliæque in eo, non mediocriter laudamus; vitia ta
men, errores, aculeos, & canina majorem, qua in

nos ad mortem usque furere visus est, rabiem, ut dicam quod res, laudare non possumus: Bannez etiam magni facimus, & habemus pro insigni Theologo; in eo tamen non probamus, nec ipsi gloriæ vertimus odium illud, à Cano haustum, quo in nos maxime flagravat, nec non cæptæ factionis studium, cuius auctor fuit, quam nulla pax, me iudice, extinguet, nisi tandem decretoria Ecclesiæ sententia, quam ex animo medullitus opto, tu quoque optare videris, sed fidem tibi etiam jurato non habeo, terminetur. Salmaticenses & Joannem à S. Thoma debitis laudibus non privamus; sed aniles fabulas quas intermiscunt, de Molinæ damnatione, Valentia casu, & congregationum actis, ut futes prudentes rejicimus, & nimiam illorum credulitatem, ut mirisimè loquar, ut nobis & veritati crudelem inculamus; o-mitto Xantes moriales & questionarium Tholosanum; quia velis, nolis, nullius commendationis elogio dignos reputamus.

VII. Tu verò quid tandem? jam dixi alia, quid de te viri sapientissimi sentiant? nullibi tam altam, vanam licet, sui rerumque suarum opinionem; tam effrenam & plusquam Thrasionem styli jactantiam, cum tanta libere dicam, ignorantia conjunctam: ingenuè loquar, & ad quempiam provoco superiorum disciplinarum, vel mediocriter peritum; hoc unum spondeo, fore, ut ad quamlibet libri tui aperturam, aliquid novi, idque non uno dumtaxat loco, inveniam; illud in me suscipio; unde constat, quo tandem apud me loco sis: vis tamen audire magister in Israel, ac præ te neminem putas, Theophilo ignorantiam, mihi que incertiam & reliquis omnibus supinam & asinariam ruditerat exprobrare non cessas; tu solus doctus, peritus, latinus, illi certe Atheniensis impoti non impar, qui & cædes & navigia & omnia, quæ oculis subijciebantur, sui juris esse credebatur. Merus igitur obtentus est, & causa non causa; Doctorem Angelicum miramur, veremur, suspicimus; sacram item Prædicatorem ordinem maximam, debitam licet, observantiam, omnique officiorum genere demereri nobis satagimus; tamen, Vincenti Baro, tuique similes, iustæ defensionis jure repellimus, calumnias exponimus, errores adnotamus, offensas & convitia condonamus; quod nec sanctissimo Doctore, nec ordini vestro aequitatis amantissimo, ingratum fore credimus. Fugile igitur est, & homine ingenuo indignum, Apologias illico pro S. Thoma & sacro Prædicatorem ordine obtendere; non certe ut eos defendas; quis enim accusat? quis impugnat? sed ut specioso illo obtentu, tam honesto & pio ad speciem, quamquam re ipsa indecoro, vulpino, & parum humano, multiplici maledictæ telo, auctores nostros, S. Patriarcham Ignatium, & societatem universam configas.

VIII. Quantum etiam omnibus perspectum esse velim; nimirum famosam illam Apologiam S. Congregationis indicis, ut per jocum, opinor, appellare voluisti, ab Alexandro VII. jure damnatam, non jam propter convitia, quæ per typorum errorem, ut lepidè ais, irrepserant, sed propter vel ipsas, errores scilicet crassissimos, apertissimas calumnias, insignes falsitates, alique hujusmodi vitia, quibus hic liber, totus quantus est, scaturiebat, in tres minores tomulos traductam à se fuisse, quamvis eorum non pauca in duos priores traduxeris, paucis etiam intermixtis & additis, ut parænetica illa quadruplicis Theologiæ, vindictis genealogiæ Offomannicæ, excitatione in Launoium, & quibusdam aliis minoris

momenti, ut in iis sese verbositas, seu loquacitas tum exerceret; unde nemo negaverit, tres saltem illos tomulos, confixos & nigro thea notatos rellare: non perinde est, si ve in quarto majore, ut vocant, suo volumine, si ve tribus minoribus, in octavo, idem liber edatur; estque, quod universi mirentur, vanales proflare, non sine programme monitorio, sed quid non... 2. Imponis, inquit, non est idem opus tu ipse fateris, detractis tamen convitiis; exponit convitia mi Pater? immo à te nova fuerunt addita nova calumnia & impostura accumulata; non falsitates absque numero congestæ; inficias, opinor, non ibis; alioquin spondeo in caput meum immo novum hujus artis convitiandi, cuius es peritissimus, specimen edidisti; nempe ut priora convitia retractare videaris, per cruentam ironiam, eadem denuo regeris, ut altius legentium animi inculcentur. Ita Bellarminum, Suarez, & alios nunquam vis lepidus pungendo videri, & mittere jocos & sales, sed frigidè & insulse; credis accedendum seu fictum, quando scribis, te in Theopili scripsisse, vel ipso post mortem, supplicibus vocis instante, ut scilicet per tuas vindictas, (novæ penæ genus) S. Prædicatorem ordinis faciat scire, à ab usupiacularibus flammis, quibus ejus anima requeret, in purgatorio, ob illatas S. vestro ordinis injurias, quanto citius liberetur: ante mortem nec satis debuerat; non fecit, etsi potuerit; delinquitur; sed quo genere noxæ? an lethalis? nequaquam sanè; nam pro hujusmodi, non est locus in purgatorio; an verò venialis? (dabis quæso has voces, si enim periphrasi utar, ut tu, pro more, erunt, qui à me dicta non capiunt; loquor autem, ut mea sentia exponam facile ac dilucide) an venialis, inquam, nota igitur levis est; injustè igitur stylum divitis armatum in Theophilum strinxisti; sed immemor eorum, quæ ab te xeras, esse voluisti; nimirum Theophilum reprobus & damnatis accensendum esse; sed ut novo sarcasmo locus esset, ex inferis illum, novo miraculi genere, in purgatorium traduxisti: longè potius facilius Theophilum ex purgatorio, quam ex erebato-tro educes.

IX. Sextum est hanc unam causam à te obtrudi & obtrudi sapissimè, tam grandis ire, nimirum Theophilum intemperantiis in vos scripsisse. Jam dixisse, memini, illum scribendi modum mihi non probari; non probari etiam societati; diserte inprobavit optimus P.N. Generalis, qui hoc ultro, non tam vestrorum expostulationibus, quam naturalis ingenio concessit. Sed demus hoc, Theophilum excelsit; non dicam, illum, pro sui defensione scripsisse causatum, se multa passum fuisse à paucis vestrorum, quos etiam pro insita ingennitate, non (sine) appellavit, qui bellum ipsi acerrimum indixerunt, non dicam, causam suam egisse, contra illos, à quibus iniquè habitum putabat; sed demus, non ita esse eumque graviter excessisse; sed quid societas in hoc cui in Theophilo, nec feritur, nec meretur? cur ego, Vincenti Baro, inde avidè occasionem arripisti tam dira, tam atrociam scribendi contra societatem si peccavit Theophilus, de quo non disputo, & quem nec accusandum, nec defendendum fuisse, laudant enim illum in portis, ut dixi alias, opera ejus, quid amabò peccavit societas, quæ librum illum ut spurium rejecit ac prohibuit, & pro mea suspicione, Theophilum male habuit? quod sententiam addis, librum illum petri à valle clausa vobis talis & minime curantibus confixum fuisse; falsissimum

et, sciens loquor: adieram per id tempus, hominem tui amicitium: librum ille mihi, quem casu per manus habebat, statim obtulit; quid de illo sentirem, ex me quaesivit; pro innata mihi simplicitate & ingenuitate, illico reposui, mihi non placeat, dabo, inquit ille, operam, ut brevi configatur; nota, vix, audita narro, non verò, ut tu, ficta & vix quodam somniata; scribe igitur & clama rotundis buccis, ad ravim usque, adversus Theophilum, in quem integrum maledicentiae onomasticon exhaustum; nam posteris hoc flagulare tuæ moderationis monumentum erexit; exere in illum stylum ferreum, quem forte ex... duxisti; sed parce focietati, à qua, velis, nolis, aliquid beneficii, saltem pro prima illa institutione acceperas, quam tamen, data opera, ita ceteras, ut in secula magistros tuos insimulare veritus non fuisset; non tamen, opinor, ab his, vel quopiam alio ex rostris, quamquam laxioris via homines, nos effrevis, didicisti, unquam, integrum esse & tuum, religiosos homines jam maximam partem vita sanctos, eo quod doctrina & pietate confisus, & societatem universam, tuis aculeis, sarcasnis, & calumniis; ceteros ipsos, nimirum sanctissimum Patrem nostrum Ignacium, & Xaverium Indiarum Apostolum, tuis diceris & argumentis lacerasse; Petrus à Valle clausa, seu Theophilus, demus hoc, contra vos scripserat, invita, in secula & librum immobante & damante societate; Xantes igitur istales, qui ne illum quidem unquam vidit, ne societatem ipsam stylum jure ac merito strinxit; & Ludovicus Carterius, de quo tecum in alia Epistola, inquit de atrocibus illius auctoris convitiis expulsi sunt; quid quaeso ad hæc mihi Baro? sed frustra tecum ratiocinari video, qui omni prosum ratione careas; ad sapientes & æquos rerum aestimatores provoco.

X. Sed quaeso, illud apud te seriò reputa, qua conscientia, quo privilegii genere, quo jure, vel hæreticario, ut innuis alieni, vel comparato & porro iniquis officiis ac meritis in rem literariam, in Theologiam moralem, cujus magnum restaurator, non sine pompa & jactantia; in sedem Apostolicam; quo jure, inquam, decreta Apostolica, etque triplicis generis, violare præsumperis, & à censuras contra violatores latas non incurreris? ea scripsisti, idque multis locis, de maculato Delphico accepit, quibus illum videris maxime adstruere, ut quædam observavit, à quo haud dubiè super hoc reprobas: cautum est, multiplici lege Pontificia, ne qua ciret acta congregationum habitum sub Clemente & Paulo, in materia de auxiliis: his autem decretis & mandatis Apostolicis non modò non parvis, sed eò venisti audacia, ut ea eludas, illudque, iudicio & sibilis omnium exponas, dum ais decreto Ecclesie, rem tota Europa notoriam & publicam famam supprimi non posse: ita prorsus illi tui, quibus in re notoria mentiri, solemne est: dico tuos, non infucato, sed jurata in Jesuitas conspiratione; fama publica, in quis; privata commenta, & plures quam aniles fabulas dicere debueras. eadem lege cautum est, ne quis in materia de auxiliis quidpiam scribat & in lucem edat; toties hoc decretum, non violasti modo, sed proculcasti; in hisce tuis Apologematis, fuscè, impensè, & ex professo, ut ajunt, hanc notam veritas; quia inquis hæc decreta pro urbe illa, Caterochin, præceptoris Angelici discipulus, & Reverendissimus Generalis fidei quæstor in Gallia?

sed tu etiam in urbe, non Cracoviae, dictam Apologiam scripsisti, seu typis mandasti, ut neminem latere rerum præteritarum non penitus infucum:

XI. Sed, quod magementum, nobis lepidè insultas, quod scilicet obtentu illo decreti Pontificii, malam causam, quam defendendam suscepimus, regi ac numiri gaudeamus: seriò loquor, Vincenti Baro, procura per tuos illos, qui maxima auctoritate polent, ut nobis de hoc argumento scribere liceat, & maximo me tibi obstringes beneficio; nam hoc unum tibi polliceor, fore, & fidem meam oppignero, etiam jurejurando firmatam, ut tua illa argumenta nobis opposita ea facilitate & claritudine solum & diluam, ut ad geometricum rigorem accedat; tuum illud, quod sanè involuit repugnantia, de mutua causalitate, ut vocant, de obice, per quem voluntas gratia resistit, de sensu composito & diviso aliaque id genus non jam nova & à te inventa, ut per intolerabilem jactantiam tibi arrogas sed tam rancida, quam antiqua, iterum ac tertio dico, geometricè diluam. doles, quod Carterius Bzonii annales stramineum additamentum appellat, de quo in alia Epistola; erit fortè, quod plus doleas, si tua illa straminea vocitem; quid faceres? ingenuitati mihi liceat, res omnes nativo & proprio nomine appellare. Statim etiam prodibit in lucem, si per te nobis hoc concedatur, grande volumen historicum, de hoc argumento, ea diligentia & fide, compositum, eo rerum apparatu & styli cultu, iisque authenticis probationum argumentis instructum, ut in hoc genere, nihil solidius, nihil accuratius excogitari possit, opus inquam, illud numeris omnibus absolutum edetur in lucem, ut multam rei gestæ lucem afferat, dissilatis fabellarum sparforumq; de industria rumorum tenebris. Ferrarius noster tua illa straminea, contra scientiam argumenta, in aureo illo, de hac materia edito opusculo, efficaciter, more suo, refutavit, evicitque, rem istam à te non capi. Illustrissimo Caramueli, uti spero, meritis poenas dabis, nisi fortè cum adeò debili & obscuro adversario, vir doctissimus, & omnigenæ literaturæ congrèdi dedigneretur. Pro Alva non dubitatum, quin aliquis ex S. ordine Seraphico ab horrendis calumniis, quibus illum obruere voluisti, (egregiam verò laudem, jam terra obitum, post fata, maledictis obruere & vita functis thrasonicè insultare) scriptorem illum, magni revera nominis suscipiat vindicandum. Optimus Maraccius, quem inter Marianos... referre possem imminericorditer proficidisti, suas in hoc partes desiderari non patietur. Caterum si tu cum Launoio, te committis pari; quamquam hic Ecclesiastica & sacra eruditione, te multis superat, paratangis. Omitto alios; cui enim, præter tuos, dentes illi tui ipsius quam canini pepererunt?

XII. Ubique passim asseveranter affirmas, & tantum non juras, Auctorum vestrorum opera non alio nomine prohibita fuisse, quam quod pauca continerent paulò asperius scripta, quibus expunctis, intacta manere & illibata; & hæc de tua illa Apologia, de Combefissi historia, aliisque vestrorum libris, in album, seu nigrum prohibitorum relatis; at verò Theophili opera, & Apologiam illam Theologorum moralium, aliaque hujusmodi, non jam propter convitia, sed propter parum sanam doctrinam, quam continent. At si quis officias eat, qua tandem ratione id evinces? quidam amicus, inquit, scriptis ad me Roma literis, me certiore fecit; hic autem rescivit ab alio, & hic ab alio quodam: Lusi in Apologetico simile prorsus argumentum Valeriani, cujus

ORATI
R. S. I.
DE
MORALI

cujus quidam amicus à Bibliopola quodam acceperat, & hic à quodam Jesuita audiverat, &c. Si tecum joculari per gravitatem Reverendissimi quaesitoris liceret, eodem profus modo dicerem, quemdam amicum ad descripsisse Roma, se à quodam alio accepisse, & hunc ab alio quodam, tuam Apologiam eo dumtaxat nomine confixam fuisse, quod pauca convitia contineret; Apologiam verò Theologorum moralium, propter horrendam, quam adstruit, doctrinæ moralis corruptelam. De utraque contrarium mihi perspectum est; nempe in tua, ut à quodam illo rescire potuisti, alia certè quàm plurima virga plusquam censoria dignissima notata fuerunt; sciens loquor, & fidele censuræ Apographum vidi: quod verò ad aliam attinet, quandoquidem vociferari ac strepere non cessas contra librum illum, in quem tot fulmina & tempestates saevierunt, quo animo & fide, Deus scit; quamquam satis compertum habemus; reverà teneri me sentio, rem totam, uti gesta est, disertè aperire, dum tres Eminentissimi Cardinales in vivis restant superstites, utinam diu, eorum scilicet, quibus hujus examen & censuram Alexander VII. commiserat.

XIII. Itaque ante omnia, liber ex latina in hebraicam vernaculam versus est; & quia non semel de fide versione dubitatum; suggestum fuit S. Congregationi, per libellum supplicem, optimum & maxime opportunum fore, si propositiones singulae seorsim discuterentur, & coram, in ipso confesso exponerentur, adductis auctoribus, tum suffragantibus, tum refragantibus, explicatisque rationibus pro utraque parte; attento denique usu & sensu Ecclesiae, in praxi; ac demum his peractis & ritè ponderatis, judicium de singulis ab Eminentissimis ferretur: hoc consilium ab iis probatum fuit; provincia mihi de-

mandata, id muneris obeundi; & ab Illustrissimo V. sanio Assessore semel atque iterum, Eminentissimum nomine imposita: restota pro more, ad sanctissimum delata, qui eam probavit, confirmavitque decretum S. Congregationis. Initium dicte discussioni quamprimum Eminentissimi daturi erunt, spectabantque felicissimum rei eventum; cum hinc aliorum partium studio, vel discuteretur; eo certè fine, ut quæ propositiones certò probabiles non essent, ab usu & praxi removerentur; mihi jam apparatus erat in promptu in quatuor, aut quinque confessus; immo congressui jam dies indicta; sed Alexander movit mentem & Consilium, & inconsultis Eminentissimis, quibus hanc causam demandat, inquisitis & minime cogitantibus, pro summa, qua pollebat, auctoritate & prudentia, die quadam, scilicet V. in palatio quirinali, librum, quo de agitur, in prohibitorum album referri jussit; nihil tamen decreto circa libri doctrinam: de Auctore, dicitur Alexander tantulum expostulasse, quod arrogantius victis & damnatis adversariis insultaret; ac dicitur, id sibi testari duos religiosi instituti homines, eoque pios & doctissimos, quorum nominibus pariter & vivis excessit uterque: Accedit, quod alia quædam præter asperiores styli in libro non decessant, quæ illum censuræ obnoxium fecerant, à regulis sanctæ S. Indicis petita; nam sine auctoris, Typographi, loci nomine, & sine ulla approbatione, in lucem editus fuerat. Rem ita gestam esse sanctè juror, in tanti momenti, mentiri, dum tres illi Eminentissimi vivunt, grandis piaculi & qualisque periculi esset. Hæc publicare me cogis, Vincenti Baro, ut fallacis & calumniæ, quas nobis super hoc affingis, optatissime refellantur. Vale Lugduni Kal. Aug. 1669.

FINIS PARTIS PRIMÆ.

